Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-86906-p0001-6

GRATULATIO
Ad CHRISTIANUM HILLIGERUM,
Ampliſsimi, Clariſsimi & Conſultiſsimi Viri,

Dn. OSVVALDI HILLIGERI J.U.D. & P. P. in illuſtri Salanà, necnon Scabinatus Adſeſſoris digniſsimi, p. m. relictum filiolum,

Cum ad celebranda

SACRA GREGORIANA

more majorum

EPISCOPATU SCHOLASTICO

Prid. Calend. April. bono omine fungeretur.

GREGORIUS celebri MAGNUS cognomine dictus,
Eſt viſus omnes per domos,
Pergere, per vicos diſquirere, perq; plateas,
Faceret Scholæ *quem PRÆSULEM,*
Pro ſe diſcipulos *ſolitò qui more vocaret.*
Et duceret novellulos.
Tandem perveniens ad noſtri limina tecti
Hæſit gradu, profatus hæc:
Fallor? an inveniam ſub tectis hiſce creandum
EPISCOPUM ſolemniter?
Enthea cui Pietas, *cui ſit* Vigilantia *cordi.*
De quò ſit olim magna ſpes?
Nec mora, confeſtim ſtetit hæc ſententia, dixit:
EPISCOPUS ſis, HILLIGERI:
Ergò quid mirer, quod Te CHRISTIANE puelli
EPISCOPUM SCHOLÆ vocent?
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTIANE caballus
EPISCOPUM Scholæ vehat?
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTIANE puelli
EPISCOPUM ſtipent Scholæ?
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTIANE ſequatur
EPISCOPUM vox Muſica?
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTIANE puella
EPISCOPUM ſertò beet?
Ergò quid mirer, Tibi quod, CHRISTIANE precentur
EPISCOPO felicia?
Macte animo! Tibi fauſta precor, CHRISTIANE, JEHOVA
Benedicat indoli Tuæ,
Ut penetrare queas ſperatum ad culmen Honoris
Non impeditis paſsibus.
Inclyta quò reſonet templis Tua gloria, Roſtris
Vehatur & nomen Tuum!
Hæc precor, hæc voveo, votis DEUS annue noſtris,
Ut creſcat inde laus Tibi!

gratulabundus fecit

Petrus Samuel Theodoricus.

Jenæ typis Johannis Weidneri, Anno 1625.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-86906-p0002-1

LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

GRATULATIO
Ad CHRISTIANUM HILLIGERUM,

Ampliſsimi, Clariſsimi & Conſultiſsimi Viri,

Dn. OSVVALDI HILLIGE-
RI J.U.D. & P.P. in illuſtri Salanâ, nec non Sca-

binatus Adſeſſoris digniſsimi, p. m. r

Cum ad celebranda

SACRA GREGORI

more majorum

EPISCOPATU SCHOLAS

Prid. Calend. April. bono omine funge

GREGORIUS celebri MAGI
Eſt viſus omnes per do
Pergere, per vicos diſquirere, perq;
Faceret Scholæ *quem*
Pro ſe diſcipulos *ſolitò qui more vocar*
Et duceret novellulos.
Tandem perveniens ad noſtri limina tec
Hæſit gradu, profatus h
Fallor? an inveniam ſub tectis hiſce cr
EPISCOPUM ſ
Enthea cui Pietas, *cui ſit* Vigilantia *co*
De quô ſit olim magna
Nec mora, confeſtim ſtetit hæc ſententi
EPISCOPUS ſ
Ergò quid mirer, quod Te CHRISTIA
EPISCOPUM
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTI
EPISCOPUM
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTI
EPISCOPUM ſt
Ergò quid mirer, quod Te, CHRISTI
EPISCOPUM v
Ergò quid mirer, quod Te, CHRIST
EPISCOPUM ſ
Ergò quid mirer, Tibi quod, CHRIS
EPISCOPO felic
Macte animo! Tibi fauſta precor, C
Benedicat indoli Tuæ,
Ut penetrare queas ſperatum ad culmen Honoris
Non impeditis paſsibus.
Inclyta quò reſonet templis Tua gloria, Roſtris
Vehatur & nomen Tuum!
Hæc precor, hæc voveo, votis DEUS annue noſtris,
Ut creſcat inde laus Tibi!

gratulabundus fecit
Petrus Samuel Theodoricus.

Jenæ typis Johannis Weidneri, Anno 1625.